Tulerunt lapides vt iacerent in eū. Con
tra iſta xp̄s aſſumpſit calciamenta. Deu
tero. xxxiij. Tingat in oleo pedē ſuū. ferꝝ
⁊ es calciamentū eius. Aīa xp̄i erat tinc/
ta oleo gratie que omnia aduerſa dulco/
rabat. munita ferro ꝯſtantie qua ipſa ad/
uerſa nō timebat. ⁊ ere incorruptibilis pa
tientie qua omnia ſupplicia tolerabat. ¶
Septimo aſſumpſit inſignia ⁊ vulnera.
Peregrini enim reuertentes inſignia aſſu/
munt vt oſtēdant ꝙ ſuam peregrinatōem
ꝯpleuerunt ad plenū vt homines ꝓuocēt
ad ſibi benefaciendū. ⁊ ſint ſecuriores ad
ambulandū Sic xp̄s ad patriam rediēs
cicatrices reſeruat. ⁊ hoc in oſtēſione patē
ne obedientie iam ꝯplete Johan. xvij. O
pus ꝯſummaui qđ dediſti mihi vt facerē
In ꝓuocationem paterne mīe obtinende
Ambro. Vulnera ſuſcepta abolere nolu/
it. celo inferre maluit vt ea patri mīe oſten
deret. In ſignū ſecuritatis nobis acquiſi
te. Ezechi. ix. Super quē videritis thau
non occidatis. ¶ Octauo habitus iſtius
peregrini fuit benedictus Nam eius ſcāt
cellam. i. aīam benedixit deus pater. Eze
chi. iij. Benedicta gloria dn̄i de loco ſuo.
Eius ſclauinā. i. carnem benedixit ſpūs
ſanctus Luce. j. Benedictus fructus ven
tris tui. Eius baculum. i. crucem benedi/
xit totus mundus Sap. xiiij. Benedictū
lignū per qđ fit iuſticia ¶ Scđo dicitur ꝑe
grinus ꝗtum ad vias quas ꝑfecit Pere
grini enim habent aliqñ aſcenſus. aliqñ
deſcenſus. aliqñ vias planas. Iſte autē
ꝑegrinus nihil habuit de via plana. ſed
aſcenſum vel deſcenſum. Magnum enim
deſcenſum fecit qñ de celo in mundum ve
nit. Magnū etiam aſcenſum fecit qñ cru
cem aſcendit. Fecit etiam magnū deſcen
ſum qñ in limbū deſcendit ⁊ magnū aſcē
ſum qñ inde rediens in celum aſcendit.
¶ Tercio fuit peregrinus ꝗtum ad hoſpi
cia. Solent ꝑegrini maxime in eſtate ter
in die intrare hoſpicia. ſcꝫ in tercia ad prā
dendum. in meridie ad bibendum ⁊ quieſ/
cendum. ⁊ in ſero ad ſuam cenā faciendā
⁊ ad dormiendū. Sic iſte peregrinus tri/
plex hoſpicium eſt ingreſſus. Primum ē
vterus virginis quē ingreſſus eſt in ter
cia. i. nō in primo tempe nature. nec in ſe/
cundo tempore legis. ſed in tercio tpe gra
tie. Ibi prandium fecit qñ naturā noſtrā
aſſumpſit habens carnem tanꝗ cibum. ⁊
ſanguinē tanꝗ potum ¶ Secundum eſt
patibulum crucis Johan. xix. Sitio. Et
dederunt ei acetum. Ubi ⁊ requieuit Ibi
dem Inclinato capite tradidit ſpūm. Et
iſtud hoſpicium ingreſſus eſt in meridie.
Cant. j. Indica mihi vbi cubas in meri/
die. ¶ Terciū hoſpicium eſt ſepulchꝝ vbi
dormiuit. p̄s. Ego dormiui ⁊ ſoporatus
ſum. Cenā namqꝫ cum illis qui erant in
limbo fecit Luc. xiiij. Homo quidā fecit
cenam magnā ⁊c̄. Iſtud hoſpiciū ingreſſ⁹
eſt in ſero. Mathei. xxvij. Cum iam ſero
eſſet factū venit ioſeph ⁊c̄ ¶ Quarto fuit
ꝑegrinus ꝗtum ad pericula que ſuſtinuit
Solent namqꝫ ꝑegrini ſuſtinere pericula
qñqꝫ a ſocijs ſuis qui eos ꝓdunt. quādo
qꝫ ab hoſpitib⁹ qui eos iugulant vt eorū
bona diripiant. quādoqꝫ a latronib⁹ qui
eos ſpoliant. Sic xp̄s a ſuo ſocio iuda ꝓ
ditus fuit Math. xxvj. Qui intingit me
cum manū in parapſide hic me tradet ⁊c̄
A iudeis in quoꝝ domo venerat hoſpita/
ri fuit occiſus. Zacha. xiij. His plagatus
ſum in domo eoꝝ qui dilexerūt me. A mi
litib⁹ expoliatus. Johan. xviij. Milites
acceperunt veſtimenta ⁊ fecerūt quatuoꝝ
ꝑtes. vnicuiqꝫ militi ꝑtem fecerunt.

¶ Feria tercia poſt paſcha. Sermo.

Stetit ihesus in

medio diſcipuloꝝ ſuoꝝ ⁊ dixit eis
pax vobis Lu. vlt. Sicut ex p̄nti euange
lio pꝫ xp̄us multipliciter ſe manifeſtauit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Primo quidē ꝑ miraculoſaꝫ ad ipſos ingreſſionem. quia ianuis clauſis intrauit. Sicut dicit Johā. qui de iſta apparitōne agit ꝑ qͦ oſtendiť ꝙ glorioſus reſurrexerat ⁊ ꝙ dotē impaſſibilitatis. agilitatis ſubtilitatis ⁊ claritatis induerat Signū ergo vere ſpūalis reſurrectōis in hoīe eſt. qñ iſtas quatuoꝛ dotes ſpūales habet. ſ. claritatem ꝯuerſatōnis honeſte. Math. v. Sic luceat lux veſtra coram hoībꝫ ⁊c̄. Subtilitatē humilitatis ꝓfunde Sap̄. vij. Spūſſanctus vocať ſubtilis. qꝛ ſubtiles. i. humiles facit Agilitatē obediētie Prouer. xxij. Uidiſti hominē velocem in ope ſuo ⁊c̄. Et impaſſibilitatem patiētie Prouer. xij. Non ꝯtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit ¶ Scdo manifeſtauit ſe ꝑ ſitum ſiue collatōnē cum dꝛ. Stetit ihc ſns ī medio diſcipuloꝝ ſuoꝝ. Ac ſi dicat Ego ſum ille qui in medio ſtare cōſueui. Ipſe nanqꝫ ſtetit in medio in ingreſſu. qꝛ in media nocte natus. in medio animaliū reclinatus ⁊ gemine gygas ſubſtantie effectus. Stetit in medio in ꝓgreſſu. quia ſtetit in medio doctoꝝ. in medio diſcipuloꝝ ⁊ in medio iudicioꝝ. iuxta illud Prouer. viij. In vijs iuſticie ambulo ⁊ ī medio ſemitaꝝ iudicij. Stetit in medio in egreſſu. qꝛ in medio terre paſſus. in media die crucifixus. in medio latronū poſitus.

¶ Tercio manifeſtauit ſe ꝑ ꝓpriam teſtificationem cum dixit. Ego ſum quaſi dicat. debetis mihi credere qꝛ mētiri nō poſſum Jo. viij. Si ego teſtimoniū ꝑhibeo ď me ipſo. veꝝ eſt teſtimoniū meuꝫ. Spūaliter autē quis reſuſcitatus intelligi poteſt qñ triplex teſtimoniū habet ſcꝫ bone ꝯſciētie ij. Coꝛ. j. Gloria noſtra hec ē teſtimoniū ꝯſcientie noſtre. Bone vite Jo. x. Opera que ego facio illa teſtimoniuꝫ ꝑhibent de me. Et bone fame. j. Thi. iij. Opoꝛꝫ illū habere teſtimoniū bonū ab his qui foris ſunt.

¶ Quarto manifeſtauit ſe ꝑ occultaꝝ cogitationū manifeſtationem. cum dixit. quid turbati eſtis ⁊ cogitatōnes aſcēdūt in cordibꝫ veſtris ⁊c̄. Ac ſi dicat. debetis me cognoſcere. qꝛ ego ſum ille qui veſtra occulta cognoſco Spūaliter etiam quis reſuſcitatus eſt qñ cogitatōnes ſuas diſcernit ⁊ bonas cuſtodit ⁊ malas expellit. Periculū eſt nāqꝫ malas cogitatōnes in corde tenere. quia ſunt ſicut mus in pera. ignis in ſinu. ſerpens in gremio. Mus ēi omnia corrodit in pera. ſic male cogitationes omnia merita corrodunt in anima. Job. decimotercio. Quaſi veſtimentum quod comediť a tinea. Ignis in ſinu veſtimenta comburit. ſic mala cogitatio cōcupiſcentiā accēdit Prouer. vi. Nūquid poteſt homo abſcondere ignem ī ſinu ſuo vt non ꝯburanť veſtimēta ſua. Serpēs in gremio venena diffundit. ſic mala cogitatio peccati venenū in coꝛ immittit. vnď Prouerbio. xxiij. Quaſi regulus venena diffundet.

¶ Quinto ſe manifeſtauit ꝑ palpationem cum dicitur. Palpate ⁊ videte ⁊c̄. quaſi dicat debetis me cognoſcere. qꝛ iſtud eſt idem corpus quod ſepe videre ⁊ palpare conſueuiſtis. Spiritualiter etiā reſuſcitati intelligūtur qui permittunt ſe palpari. id eſt argui ⁊ reprehendi. Sed ſunt quedam animalia que ſe palpari nō permittunt. Aut quia hiſpida ſunt ſicut ericius. aut quia ſilueſtria ſunt ſicut lupꝰ Aut quia arrogantia ſunt ſicut leo. Sic etiam ſunt plerīqꝫ qui ſi arguuntur adeo ſunt hiſpidi ꝙ ꝑ verba iniurioſa pungūt quidaꝫ adeo ſilueſtres ꝙ ad latebras excuſatōnum confugiunt. quidam adeo arrogantes ꝙ nimis indigne ferunt.

¶ Sexto manifeſtauit ſe ꝑ cicatricum oſtenſionem quādo dicitur Oſtendit eis manus ⁊ pedes. ac ſi dicat debetis me cognoſcere quia ego ſum ille quem in his pedibus ⁊ manibus in cruce confixuꝫ vidiſtis. Spiritualiter etiam quis reſuſcitatus intelligitur quando vulnera ſua. i. peccata non abſcōdit. ſed ſacerdoti oſtendit. Lu. xvij.

Ite oſtendite vos ſacerdotib⁹. Vulnera aũt peccatoꝝ aliq̃n ſunt recentia pec ꝯſenſum vel vnicum actũ. ⁊ tunc ſanant̃ vnctione. i. leuis pñie iniunctõe. Eccĩ. x. Breuem languorẽ precidit medicus. Aliquãdo ſunt inueterata ꝑ peccandi ꝯſuetudinẽ ⁊ tunc indigent aduſtione. i. graui carnis maceratõe. ps. Vre renes meos ⁊ cor meum. Aliq̃n ſunt putrefacta ⁊ tunc indigẽt inciſione. i. inciſiua ⁊ afflictiua tribulatõe ps. Multiplicate ſunt infirmitates eorũ poſtea accelerauerũt. ¶ Septimo maniſeſtauit ſe per comeſſionẽ. qꝛ comedit piſcẽ aſſum ⁊ fauũ mellis Spũaliter tñ reſuſcitatus intelligit̃ qñ quis fauũ mellis comedit. i. qñ ꝯſtanter exercet opa actionis Et tñ ꝓpter hoc non deſerit dulcedinẽ ꝯtẽplationis. vel qñ exterius patit̃ tribulationem. ⁊ tñ interius nõ deſerit amoris dulcedinem. Vel poteſt dici ꝙ in fauo ẽ mel ⁊ cera. Per piſcem igit̃ aſſum intelligit̃ caro xp̄i igne paſſionis aſſata. per ceram que eſt pabulum lũis claritas ſue reſurrectionis. ꝑ mel dulcedo ſue viſionis. Debemus igit̃ comedere piſcem aſſum. vt. ſ. ad eius paſſionem afficiamur per ꝯpaſſionem. ceram vt eius reſurrectioni ꝯgaudeamus per mentis exultatõem. Et mel vt ꝑuenire deſideremus ad eius dulciſſimã viſionem. ſicut deſiderauit ꝓpheta dicens Sitiuit aĩa mea ad deũ fontem viuũ qñ veniã ⁊ apparebo ante faciem dñi.

¶ De ſancto Ambroſio Sermo. j.

Ecce intelliget ſeruus meus ⁊ exaltabit̃ ⁊ eleuabitur ⁊ ſublimis erit valde Iſa. lij. Quatuor ſtatus habuit beat⁹ ambro. qui notant̃ in verbis premiſſis. ¶ Primus eſt ſtatus ſubiectionis cum dr̃. Ecce intelliget ſeruus meus. Ipſe quidẽ fuit bonus ſeruus dei. ⁊ idõ habuit tres laudabiles ꝯditiones boni ſerui. Prima eſt mundicia. ps. Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Iſtam ipſe habuit. qꝛ mundiciaꝫ mentis ⁊ carnis ſeruauit. vnde refert Ieroni. ipſum dixiſſe Virginitatẽ non ſolum efferimus ſed ſeruamus. Sap. viij. Cũ eſſem magis bonus veni ad corpus nõ coinquinatũ. ¶ Secunda ꝯditio eſt ſapĩa. Prouer. xiiij. Acceptus eſt regi miniſter intelligens Iſtaꝫ ſapĩam ipſe habuit. Unde dr̃ de eo ꝙ cuꝫ rome liberalib⁹ artib⁹ eēt traditus ad plenum fuit eruditus. ¶ Tercia eſt ꝑſeuerantia. Apoca. vij. Seruiet ei die ac nocte in templo dei. Iſtam perſeuerantiã ipſe habuit. qꝛ vſqꝫ in finem in bonis operib⁹ ꝑſeuerauit. vnde cum moreret̃ dixit. Non ſic vixi inter vos vt iteꝝ me pudeat viuere. ¶ Secundo notat̃ ſtatus ſue prelationis cum dr̃. Exaltabit̃. Circa aũt ſuam exaltatõem tria ꝯſiderantur. Primo qualis fuit eius electio. fuit enim a deo inſpirata. qꝛ ibi vox miraculoſe inſonuit. Ambroſium epũm. de hoc Hebre. v. Nemo aſſumit ſibi honorem niſi qui vocat̃ a deo tanq̃ꝫ aaron. Fuit ab electoribus vnanimiter celebrata. Nam cum in diſcordia multa eſſet ꝓtinus in ambroſium vnanimiter ꝯſenſerunt Eccĩ. xxv. In trib⁹ beneplacitum eſt ſpũi mei que ſunt concordia fratꝝ ⁊c̃. Fuit a ſuperiori cum gaudio ꝯfirmata. vnde legit̃ de eo ꝙ ꝯmiſſa eſt relatio ad valentinianũ imꝑatorem qui ſummo gaudio accepit ꝙ iudices a ſe directi ad ſacerdotium peterentur. ¶ Secundo videndum eſt qualis fuit eius ad hoc aſpiratio. Ipſe enim non tantum fugit vt nõ poſſit inueniri. ſed etiam tria ſe habere ſimulauit que ſunt preliationis officio inimica ſcꝫ crudelitatem. vnde dicitur. quia tribunal cõſcendit ⁊ contra ꝯſuetudinem tormenta ꝑſonis adhiberi iuſſit. Eccleſ. iiij. ca. Noli eſſe ſicut leo in domo tua ⁊c̃ Philoſophicã vanitatem. vnde dr̃ quia philoſophiã ꝓfiteri voluit. j. Coꝛ. ij. Loquemur nõ in doctis ſapie humane ꝟbis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf